

3

ARTIS
MUSICÆ,
METHODICE
LEGIBVS LOGICIS
INFORMATÆ

LIBRI DVO.

AD TOTVM MUSICES AR.
tificium, & rationem componendi val-
de accommodi.

CVM A DIVNCTA IN CAL-
ce libri de modis disputa-
tionc:

PRO BRVNSWICENSIVM
Schola Cathatiniana conscripti
& editi,

^A
IOANNE MAGIRO CASSEL:
lano, Schola eiusdem Cantore.

10. 6.

FRANCOFVRTI

Ex Officina Paltheniana, Sumtibus Io-
hannis Spiessij.

Anno C. M. D. XCVI.

CLARISSIMIS ET
CONSULTISSIMIS VIRIS,
PIETATE, PRUDENTIA
& virtute præstanti-
bus,

D. HENRICO CAMERARIO I. V. DO-
ctori, & in alma Vrbis roſarum Academia Pro-
fessori, eiusdemque Reipublicæ Syndico
ordinario, &c. Nec non

D. BERNHARDO BUNGENSTEDIO,

D. BARTHOLDO KICHLERO,

D. MARTINO CHEMNICIO, BRVNSVICEN-
SIBVS,

U. I. Doctoribus, causarumque patronis excellen-
tibus, Dominis, & affinibus suis summa
obſeruantia colendis.

Experimur, clarissimi viri, qui iuuentu-
tem ſcholaſtičam docemus, in diſcendis
præceptis *Musicis*, non eam, quæ in a-
liis liberalibus ponitur, operam diligentiamque
collocari, tanquam *Musica* reliquis disciplinis ſic
inferior, aut nullum in humana vita Uſum ha-
beat: quem tam nobilis artis, tam indignum con-
tentum, nemo bonus potest ſine ſtomacho intue-
ri, ut, qui ſe paulum modo præſtare poſſe ſperat,

E P I S T O L A

is nitatur, quantum posſit, curare ſedulo, quemadmodum eam ab iſta iniuria vindicet, & ipſi priftinum ſuum nitorem, vel describēdis, & publicandis ipſius præceptis, vel excitanda, & ad bene canēdum informanda iuuentute, restituat.

Quod cum ita ſit, nemo, opinor, facile improbabit huius lucubratiunculae Musicæ publicationem, cui propositum eſt, tantum dignitati & existimationi Musicæ inſeruire, & ſi nō omnes, ſaltem aliquos inuitare, qui de iſta arte ſentiantur honorificentius, eamq; ſtudioſius addifcant, non ut multi uſu diſcunt canere, cum vera artis fundamenta prorsus ignorent, & ita non abſimiles ſint, vel balbutientibus pueris, vel imperitis monachis monialibus ve, nihil eorum, quorum literas & verba, quotidie legunt & decantant, intelligentibus, ſed ut artem ipſam ex veris ipſius præceptis, & descriptionum ſingularum maniſta perſpicuitate, penitus intelligent, qui finis cum per ſe ſit laudabilis & honestus, id quod eius cauſa fuſcipitur, in honestum eſſe non potest.

Vt autem toti tractationi aliquid lucis ad-
derem

DEDICATORIA.

derem, cum (testibus etiam Musicis præstantissimis) ars nulla dici possit, quæ non suis, certis, & generalibus regulis contineatur, & ars, ut est, ars, tractâda sit, secutus leges logicas, artis præcepta tradidi omnino necessario & perpetuo verae toti arti homogenea, nativa & propria, eaq; omnia ac singula, quæ generalia generaliter & semel, quæ specialia specialiter & semel: & inter se velut unius Musici corporis genuina & viua membra ita disposui, ut instar cathe næ in unicem cohærent, & unicuique tam infimo & specialissimo, quam summo & generalissimo, suus locus datus sit & tributus. Contra vero, quæ vel falsa, vel contingentia & fortuita, quæ impropria & aliena, quæque ab usu bene canentium remota, ea suis auctoribus reliqui. Exempla prophana, scurrilia, leporina, & impia reieci, Addidi autem maxime perspicua, illustria, nota, pia & utilia, eaque e foro bene canentium adducta, & ita ostendi Musicam hominibus nō ad profanos, sed sanctos usus, diuinitus concessam, præceptis veris, propriis, & generalibus contineri.

E P I S T O L A

*Etsi vero inter hæc ipsa nonnulla occurrent,
de quibus alii prima fronte secus videntur iudi-
caturi, ac sentiunt istæ meæ lucubrations, &
ideo necessarium fuisse statuent, de iis initio le-
ctorem monitum & institutorum rationes ex-
positas esse: tamen cum nec absoluta omnium ra-
tio institui potuerit, ea enim libellum, qui pro di-
scertibus est scriptus, plus iusto auctiorem red-
didisset; nec singularis quorundam tractatio esse
quiuerit, ut quæ omnium expectationi satisfa-
cere non potuisset; factum est ut eorum omnium
plenaria decisio alii cuidam, de iis agendi, com-
moditati, fuerit reseruata. Nec huius consilii
mei rationes quenquam improbaturum spero,
præsertim cum hæc omnium prima sit editio, cui
facile id, quod aliis accidit, accidere possit. Ne-
que enim prima operis cuiusquā editio tam pa-
test esse absoluta perfectaque, in qua dies poste-
rior, prioris semper discipulus, non aliquid inue-
niat, monstretque immutandum corrigendum-
que.*

*Quod vocabula, seu ut loquuntur, terminos
attinet,*

DEDICATORIA.

attinet, plurimum sum usus iis, quæ hactenus in descriptione huius artis usurpata etiam ab aliis. Danda est enim opera artifici, ut Glareani verbis utar, ut quam propriissime accedat ad aliorum phrases & voces, ut eo melius intelligatur, nec auctor nouitatis minime necessariæ videatur; ut item quā propriissime loquatur cū aliis, nec potest Musicus libentius & magis propriæ, cum quoquam loqui, quam cum iis, qui eandem cū ipso artem profitentur. Alicubi tamen ne-
cessē fuit querere noua vocabula, vel veteribus significantiora, quia nominandæ fuerūt res quā-
dam propriis appellationibus, & definiendæ pe-
ne nouis definitionibus, quas in huius artis ex-
plicatione reliqui non attigerant, vel parum la-
tine nominauerant, nec multo verius aut rectius
descripserant, ut quemadmodum confido, nemo
vir bonus existimaturus sit, me parum prudēter
fecisse, qui eiusmodi nouitati studuerim. Ne-
que enim continuo reiici aut improbari potest,
quod nouum est: alioquin nihil, quod non impro-
bandūm reiiciendumque esset, in ullo auctore

E P I S T O L A

Iaberemus , cum omnia , quaecunque habemus
sive vocabula , sive res ipsas , spectemus , etiam
verustissimorum auctorum , aliquando fuerint
noua.

In editione autem huius qualiscunque mei
laboris musici , clarissimi consuleissimique viri ,
vos mihi elegi , quibus qualemcunq; hāc operam
inscriberem & dedicarem ; idque ideo , ut vobis ,
qui innumeris me beneficiis , & humanitatis af-
finitatisque studiis , ornastis , animum gratum
declararem , & eam , qua perspexi vos erga me
affectiones esse , benevolentiam , & in me iuuando
promouendoque promptitudinem retinerem , &
illustribus vestris nominibus auctoritatem huic
meo labori . qui per se tenuis & exiguis est , apud
bonos conciliarem , & facerem , ut maiore cum
voluptate & alacritate legeretur , cognoscere-
tur , & iudicia aliorum de eodem essent candi-
diora , ut item vos & auctoritate , & eruditio-
ne potentes huius mei laboris patronos haberem ,
aduersus eos , qui bene dicta non solent bene in-
serpretari , & tandem ut nostrorum ciuium li-
beris ,

DEDICATORIA.

beris, facta honesta illustrium vestrorum nominum mentione, qui eandem cum ipsis patriā habetis, calcar adderem, ad maiorem in studiis operam ponendam: Cum enim ad studia, gloria accendantur, & honos atat artes, non dubito, quin multi sint futuri, qui ad ardenter studium, maioremque in bonis & liberalibus studiis diligentiam, hac vestrorum nominum recordatione, accendantur. Quamobrem vos patronos meos oro, ut qualecunque hoc scriptum grata mentis significationem accipiatis, & contra alios, qui potius ex cæco affectu, quam sano rerum Musicarum intellectu indicaturi sunt, id defendere ne dignemini, meq; & studia mea promouere, ut hactenus consuevistis pergatis.

Oro eternum Deum patrem Domini nostri Iesu Christi, ut vos, vestras uxores suauissimas, dilectissimosque liberos, quam diutissime incolumes conseruet, & suo sancto Spiritu studia & consilia vestra in sui nominis gloriam, & vestrum omnium, & aliorum commodum & eternam salutem dirigat. Amen. Bene valete,

EPISTOLA DEDICATORIA.

Eme ut facitis, amate. Data ex Museo meo
tertio Kalend. Septembris, Anno Domini
1592.

Vestrarum Excellentiarum & Am-
plitudinum summa obser-
uantia colens.

Iohannes Magirus Cassel-
ianus, Cantor Scholæ
Brunsvicensium Catha-
tinianæ.

BRVN-

B R V N S V I C E N-
SIVM SCHOLÆ CATHA-
RINIANÆ ALVMNIS
S. P. D.

M. Carolus Bumannus, Rector.

PLato in Timæo Lōcro , Philosophiam , quæ de moribus & vita tractat τὰς μωσικὰς ἀγεμόνα Musicæ ducem vocat , ideo quod nemo Musicus esse possit , vt idem lib. 3. de Rep. docet , qui formam virtutum non suscepere. Evidem longe maiore studio animus curādus est , quam corpus , cum multo plures sint animi morbi , qui dies noctesque mentes nostras exedunt , quam corporis , quibus nec minus Musica mendetur , quam Philosophia moralis : quæ præscribit , quæ harmoniæ animi affectus inflammare vel mitigare possint . Scite enim ex Damonis nobilissimi Musici doctrina θεοφιλόσοφος , quæ vis sit modi Phrygii , quæ Dorici , quæ Ionici , quæ Lydii , & cæterorum , edifferit : Funebres harmonias esse Lydias mixtas , & Lydias intensas atque acutas χαλαρας & molles , & temulentas esse , Ionicas & Lydias . At quia lamētatio & planctus virum non decet , imo ne quidem mulierem , quæ commodis sit moribus , igitur harmonias Lydias mixtas , & Lydias intensas atq; acu-

P R A E F A T I O.

tas inter graues viros inutiles esse: Et custodes ciuitatis maxime omnium dedecet ebrietas, & mollities, & inertia: Igitur Ionicis & Lydiis apud bellicosos homines non esse vtendum docet, & sic deinceps: quemadmodum eodem fere modo de harmoniis Musicis Aristoteles 8. Polit differit: Vbi præterea Musicam ad mores, & ad animum conformandum plurimum valere, diserte affirmat. Nam in rythmis, hoc est cantionum articulationibus & harmoniis est imitanda similitudo rerum ipsarum , vt iræ, lenitatis, fortitudinis, temperantia, quæ, vt experientia testatur, animum variis affectibus excitant: Omnis autem imitatio, quæ affectum in animis audientium excitat, mores nostros conformat. Quæ utilitas artis Musicæ admodum honorifica est. Attam est ea delectabilis; quam salubris. Facit enim & ad lusum, & ad conuersationem, quemadmodum omnia ea, quæ cum iucunditate coniuncta sunt. Ideo Homerus & Virgilius interdum Musicos canentes introduxerunt, quod Musica & iucunditatem habeat, & ad recreationem, & ad conuersationem faciat. Sicut enim somnus & vinum, sic & Musica curas abigit. Igitur, concludit Aristoteles, Musica & lusus, & virtus, & conuersationis causa repetenda est. Quod cum ita sit, honesti & optimæ speci

P R A F A T I O.

spei adolescentes & pueri, etiam atque etiam
vos monitos volo, ne hanc artē abiiciatis. Nam
vel maximi duces fidibus & tibiis canere non
erubuerunt. Imo cum apud Græcos, tum apud
Romanos in conuiuijs post cœnam, lyram cir-
cumferre consueuerunt, qua res gestas & lau-
des fortium virorum cecinerunt, quam cum
Themistocles recusasset, habitus est indoctior,
laudatus autem Epaminondas, quod & cytha-
ris ludere, & ad sonum chordarum cantare fue-
rit eruditus. Et cū Musicæ artis præcepta a do.
etissimo viro D. Ioanne Magiro, compatre meo
colendo, Cantore scholæ nostræ dignissimo, e-
rudita & perspicua methodo sint conscripta, ut
meo iudicio vel reliquos omnes, qui eadē me-
thodo hanc artem complecti, conati sunt, supe-
rarit, in illis vos ab ipso erudiri non pigeat: pul-
crum enim est, Fac periculum in literis, fac in
palæstra, fac in Musicis, solerterem dabo. At turpe
illud ὄρος λύρας, quem admodum ideo apud Gel-
liū, pater filios si ὄροι λύρας fuerint, iubet exhære-
des esse Festiuiter autē dixit Stratonicus apud
Athenæū de Cleone quopiam, cui nomen in-
ditum boui, cum scite caneret voce, at lyra non
perinde vteretur: olim asinus ad lyram dictus
est, nunc vero bos ad lyram. Bene valete, & præ-
ceptorem vestrum amandum, hac opera Mu-

EPIGRAMMATA.

sica de vestris studiis bene mereri velle, vestrisque honoribus multum fauere, omnino vobis persuadete. Brunopoli, e Musæo nostro Calendis Septembris, anno Domini. 92.

EPIGRAMMATA

REVERENDISSIMORVM ET

Doctissimorum virorum apud Brunsuicenses verbi
diuini ministrorum & scholarum
collegarum.

D. MELCHIORIS NEOFANII VERBI MINISTRI ad D. Petrum.

Thesauros inter summos, & maxima dona,
Humanogeni, quæ dedit ipse Deus:
Musica præ reliquis primas tenet, ardua cœli
Limina qua ingreditur, mulcet & ore Deos.
Afficit atque homines suam modulamine cantus,
Saxa mouet, seunas allicit atque feras.
Huic operam Angelico nauant super aethera cœtus,
Cum celebrant summum voce sonante Deum
Huic operam iunenes dant innuptaque puella,
Et plectris curas carmine & ore leuant.
Maxima pars hominum tantum modulatur, at usus
Artis curam vix unus & alter habet.
Negligit hanc etiam tandem studiofa iuuentus,
Est preceptores maxima culpa penes.
Nemo iuuentutem primis informat ab annis,
Concinnos modulans qua regat arte sonos.
Hanc sed vi amoucas a te doctissime, culpam,
Traducaci nostra est cura Magire schola:

Musica

EPIGRAMMATA.

Musica succincta Methodo, precepta, brevique,
Prasenti profers, artis amore, libro.

Dignum laude tuum studium: tibi grata reservat
Plurima pro cura hac premia posteras.

Tu tibi ne desis ipsi studiosa iuuentus
Consule nunc studiis sedulitate tuis.

MUSICA EIVSDEM.

Musica Utal Sua vis Incundior aurA
Vjs quam nil homini munere dulciss hoC
Sanctorum in cœlis cœtus encomia summi
Ingeminat regis angelicusque chorus S
Cum quo iungemus etiam nos denique cœlV
Apta Clarum Inter Sidera Voce modum

A L I V D.

M. Friderici Petri verbi ministri ad D.
Andream.

D Elecent alios quæsiti fœnore nummi,
Quæuera cœmiferis vina coluntur agris.
Aut domus, aut Tyro saturata murice uestes,
Venantumve greges, aut graue Marius opus.
Tu mihi, tu dulcis placeas ante omnia Musa,
Tu mihi iucundos efficiasque sonos.
Seu puer arguto moduletur gutture carmen,
Tibia senzeneros singat eburna Modos.
Nam post verba Dei sacra viamq; satnus
Proximus, in summis, te, tenet ordo, bonis.
Tu quod ad ethereos verbo Deus efficit usus,
Hoc facis ad vita scilicet huino opus.
Tutristem suauis mulces dulcedine mentem,
Gaudia tu latit splendidiora facis.

EPIGRAMMATA.

Ut Methymneo gauderet Arione Delphin,
Fecit amor cantus Musa sonoratus.
Orpheo mirati lapides, fylsag, feraq,
Cerberus & Duis cum Phlegibonte domus.
Cum cytharam Danid plectro pulsaret eburnio,
Desit infestum Saulus habere malum.
Sapphatides populo Ioua responsa rogant
Reddisit ad blanda flia canora lyra.
Grata sed & celsi venient cum gaudia caeli,
Musica letitia pars erit una noua;
Consona cum diversa chori discrimina vocuno
Ingent in laudes maxime Christe nas.
Felices igitur qui te discuntque docentque
Legibus hoc logicis tradita scripta libro.

MUSICÆ

M. Ioannis Gasmeri verbi ministri ad
D. Catharinam.

Musica diuinum est Munus, venerabile donu M
Vix quo quid melius Vix quo quid dignius vs V
Si non obscenis Sed tantum rebus honestis
Insernit, celebratque Insignia munera Christi
Crudeli gerit hic Cautes sub pectore, qui ne C
Aonidu grane carmen Amat, nec Musica plectr A.

A L I V D.

M. Hardwici Brinckmanni Con-
rectoris.

Musica, musarum Myste, mirabile munus,
Nam meliore modo, methodo, munera, Magiri;
Mellifluo mulcer, mentes, modulamine, mæstas,
Misericordia molles, morosos mitificatque.

Melliflus

EPIGRAMMATA.

Melliflui moduli memorant magnalia missi
Messie, magnum mundi meminere monarcham;
Mulsa malum minuunt; minuit mage Musica multo
Maxima mœstite, membris, medicina, molesta;
Musica, muscarum, meditantem multa maligna
Mortalis misero, mandat migrare, magistrum.
Idcirco ingensi inuenes, insignibus illam
Instructam indicis intentiu in spicitote.

ALIVD.

D. Eberhardi Sezenii Rectoris Scholæ
quæ est ad D. Blasium.

Musica letitia cōmes est, cordisque serenat
Nubila, & usque stygis tristia spectra fugat.
Musica torpentes suavi modulazine sensus
Erigit ad summigaudia summa poli.
Musica & aeterna, pragustum, qua pia, vita
Prabet, & hunc mira dexteritate fuet.
Quapropter studio sae cobors, cætusq; tenelle
Musarum, & rebus dedita turba sacris.
Non huius tantum suauem mirare leporem,
Artis vel dulces suscipe quo so sonos.
Aprimis sed fac annis molimine summo
Hanc sit discendi qua via plana scias.
Atque viros artis qui conscripsere canendi
Dogmata constanti diligenter amq; fide.
Illorum & multo præcepta relicta labore
Qua potes assidua sedulitate lege.
Inter quos Ianus prestat floretque Magirus,
Musica qui Methodo dexteriore docet.
Huius scripta, puer, primi dum temporis atas
Floret, pernigili, value, reuolue modo.

EPIGRAMMATA.

Huius sic artis positu fundamine, tandem
Perfecte vocem quamlibet ipse canes.

ALIVD

Henrici Strombergii Musici.

Dignus laude labor, conatus est ille Magire,
Artis iam melica quo penetrare subis.
Nam (sua si reliquis laus non praecepta peritis
Harmonici numeri, qui voluerent quidem
At nondum licuit) methodo disposita fidelis
Riter rudimenta tradis in arte via.
Minus ille placet labor integer atque politus:
Nil sapitis, labor hic cui placuisse nequit.

MUSICÆ

I

MUSICÆ
LIBER PRIMVS
DE PARTE ELEMEN-
TARIA.

Cap. i. De Musica & Cantu.

Musica est ars bene canendi. Subiectum eius
est Cantus.

Cantus est sonus, articulata modulatione
variatus. Variatio Cantus plurimum systemate
describitur.

Systema Cantus sunt lineæ rectæ paralle-
læ plurimum quinque.

Cantus est simplex vel coniunctus.

Simplex est, qui vna sola modulatione ca-
nitur: Vulgo choralis dictus.

Coniunctus, qui diuersis modulationibus,
iucunde consonantibus, plurimum inæquali-
ter canitur: Vulgo Figuralis dictus.

Musicæ partes sunt duas, Elementaria &
Harmonica.

Cap. ii. De parte Elementaria &
Elemento.

Pars Musicæ Elementaria est de Elementis Cantus.

Elementum Cantus est, ex quo Cantus constituitur. Eius consideratio est duplex: Essentialis vel Accidentalis. Illa de essentia Elementi est; Hæc de adiunctis.

Elementum est, duplex: Princeps, vel Ministrum.


Princeps est quo Cantus systemati inscribitur: Estque Nota vel Pausa.

Nota est Elementum soni: Genera duo sunt: Vnum est simplicium; Alterum Compositarum. Vtrumque Cantus Simplicis, vel Coniuncti.

Cap. 3. De Nota Simplece.

Nota simplex est, quæ sola in systemate describitur.

Simplex cantus simplicis est, quæ scribitur rhombulo denigrato, inferius nonnunquam caudato.



Benedicamus Domino, Alleluia, Alleluia, Alleluia.

Simplex, cantus coniuncti est, quæ sola in systemate cantus coniuncti scribitur: Eius species

cies ex Maxima, reliquias omnes continente, & reliquis deducuntur.

Maxima est, quæ scribitur quadrangulo dextrorsum cum virgula,   Continet Longas duas.

Longa est quæ scribitur quadrato, dextrorsum cum virgula,   Continet Breues duas.

Brevis est, quæ scribitur quadrato, cuius crura infra supraque nonnihil eminent:   Continet Semibreues duas.

Semibrevis est quæ scribitur rhombo,  Continet minimas duas

Minima  est, quæ scribitur rhombulo caudato,  Cōtinet semiminimas duas.

Semimini  ma est, quæ scribitur minima denigrata,   Continet Fusas duas.

Fusa est, quæ scribitur semiminima cum virgula semel inflexa,   Continet semifusas duas.

Semifusa est, quæ scribi  tur semiminima cum virgula bis inflexa.  

Nota simplex ita fuit: sequitur composita.

Cap. 4. De Nota composita.

Nota composita est, quæ in systemate alii iungitur.

MUSICÆ

Composita Cantus simplicis est, quando
notæ cantus simplicis connectuntur.



San Ætus San Ætus.

Composita Cantus coniuncti est, quando
notæ cantus coniuncti connectuntur: spectan-
da hic, Affectio & species: Exque separatim vel
coniunctim.

Cap. 5. De iis, quæ spectanda sepa-
ratim.

Affectio est Communis vel Propria.

Communis est in compositarum ordine,
quo alia est Extrema, alia Media.

Extrema est in extremitate; Estque Initia-
lis vel Finalis.

Initialis est Prima.

Finalis est Ultima.

Media, quæ extremis continetur.

Affectio propria est, quæ tantum compo-
sitas extremas afficit. Estque in virgula, vel No-
ta proxima.

Extremæ scribuntur, aut sine, aut cum vir-
gula, & nota proxima pendente, vel surgente.

Compo-

L I B E R P R I M V S.

Composita est Recta vel obliqua.

Recta, quæ scribitur quadratis.

Obliqua, quæ scribitur rhombo longiusculo, altera sui parte pendente, altera surgente.


De Notis compositis separatim ita est dictum: coniunctim deinceps dicetur.

Cap. 6. De iis, quæ spectanda coniunctim.

Initialis est sine, vel cum virgula, Vtraque cum nota proxima surgente, vel pendente.



Finalis est pendens vel surgens sine vel cum virgula pendente, vel surgente.



Media est Recta vel Obliqua, pendens vel surgens.




Nota hucusque fuit; sequitur Pausa.

Cap. 7. De Pausa.

Pausa est Elementum silentii, tantum in Cantu coniuncto usitatum. Eius genera duo sunt: Prius est Maiorum; Posterius Minorum.

Maiores sunt quæ appellantur nominibus notarum maiorum. Ordines duo sunt: Primus habet pausam breuem, & semibreuem; Postremus longam.

Pausa Brevis est virgula ab una linea ad alteram deducta. 

Semibrevis est virgula a linea ad medium proximæ dependens 

Longa est virgula ab una ad tertiam lineam deducta. 

Minores pausæ sunt, quæ appellantur nominibus notarum minorum. Ordines duo sunt: Primus habet minimam & semiminimam; Postremus, Fusam.

Minima est virgula a linea ad medium proximæ assurgens. 

Semiminima est virgula pausæ minimæ semel inflexa. 

Fusa est pausa minimæ bis inflexa. 

Elementum cantus Princeps hucusque fuit: sequitur Ministrum.

Cap. 8. De Elemento Ministro.

Elmen-

Elementum Ministrum est, quod Elemento Principi inferuit. Estque vox vel clavis.

Vox in Musica est syllaba, quanominatur nota; voces sunt sex, VT, RE, MI, FA, SOL, LA. In systemate se consequuntur: Ascendendo: Descendendo.

	SOL	LA	LA	SOL	FA	MI	RE	UT
UT	RE	MI			FA	MI	RE	UT

Vocum Genera duo sunt: Vnum habet voces Principes, Alterum subjectas.

Principes sunt quæ scipias & reliquas dirigunt: suntq; MI & FA.

Subjectæ sunt, quæ a principibus diriguntur: Suntque aliæ inferiores, aliæ superiores.

Inferiores sunt, quæ positæ infra principes eas in altum euehunc: Suntque VT & RE.


Superiores sunt, quæ positæ supra principes, eas in imum deuehunc: suntque LA & SOL.

Vox ita fuit: sequitur Clavis.

Cap. 9. De Clave.

Clavis est Elementum, quod indicat, quæ vox, cui notæ, tribuenda sit: suntq; septem: primis literis alphabeti nominatae. A, B, C, D, E, F, G. In systemate se consequuntur:

Adscendendo: Descendendo.




Clauis aliæ sunt scriptæ, aliæ intellectæ.
Scriptæ sunt, quæ suo charactere scriptæ
reliquarum sunt indices: suntque Initiales vel
Mediæ.

Initiales sunt, quæ initio Cantus scribuntur, suntque C, F, G. Character est literæ, qua nominatur clavis, similis, vel ab ea diuersus.

Clavis G, semper sui similis est, & C, incantu simplice.

Diversus character est in cantu coniuncto clavis C, systemati figura scalæ præscriptæ: F in cantu simplice quadratus punctus, inferne sinistrorum aculeatus In cōiuncta est hæc figura,

IN CANTU
SIMPLICE CONIUNCTO.



Scriptæ mediæ sunt, quæ in cursu cantus
insertæ

insertæ principum vocum sunt indices. Estque character Proprius, vel Peregrinus.

Proprius est litera b, signum vocis FA, non nunquam cum alia scripta initio Cantus scribitur.

Peregrinus est ꝑ quadratū, vel ☩ cancellatum, signa vocis MI.

Intellectæ sunt, quæ ex signatis intelliguntur.

Consideratio Elementorum Essentialis ita fuit: sequitur Accidentaria.

Cap. 10. De quantitate Elementi Principis.

Consideratio Accidentaria elementi principis est in eius Quantitate, & Connexione.


Quantitas est valor, qui tactu mensuratur. Tactus est mēsuratio valoris, quo elementa decantantur. Fitq; plurimum instrumento, continuo depressionis & eleuationis motu, mensurationem mutante.

Depressio est, qua tactus numerantur.

Eleuatio est, qua tactus mediantur.

Quantitas est, Aequalis vel Inæqualis.

Aequalis est, qua notæ cantus simplicis, singulæ singulis tactibus æquabiliter mensurantur.



Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore,

Inæqualis est, qua elementa Cantus con-
functi plurimum inæqualiter mensurantur; Est-
que Prima vel deducta.

Prima est suæ originis. Estque in notis sim-
plicibus, & Pausis. Et est insita vel assumta.

Insita inest elementis per se: plurimum sub signis.

Mensurantur ita tactibus Maxima ,
octo, Longa & quatuor ; Breuis
& duobus: Semibreuis,
vno tactu.

Et ad vnum tactum complendū nu-
merantur, Minimæ dux, vni par est: I
semiminimæ quatuor, vni par est, E
Fusæ 8. FF vni par est, E
semifusæ 16. FF sedecim.

Quantitas ita est: sequitur assumta.

Cap. ii. De quantitate Assumta.


Quantitas Assumta est, quæ ex signis acci-
dit, plurimū elemētis quatuor: II , III ,

◆ T ◆ I. Estq; in Augmento vel Diminutione.

Augmentum est, quando elementum semisse augetur. **Signum** est præscriptum Cantui, vel Adscriptum Notæ.


Præscriptum est Notarum; sequente pare
vel maiore nota vel pausa; & pausarum; Breuis
— & **—**, Circulus solus **O** vel **Φ**; Longz
— vel **—**, Circulus cum **o** bi **φ** nario,
— **—** **O₂** vel **Φ₂** scriptus.

In Isaaci, vos spirituum. 6. V.




Seraphinque verbo creauit.

Inueni sancte, Iusquini. 6. V.



In Plangent cum, Iusquini. 6. V.



Plangent eum quasi vnigenitum.


Cap. 12. De Diminutione.

Diminutio est, quando Elementum nunc
maior, nunc minore quātitatis parte minuitur:
Signum est Internum, vel Externum; utriusque
Diminutio Maior est vel Minor.

Internum est albæ notæ denigratio.


Maior diminutio est, quæ semibreuem ♦
sub signo insitæ quantitatis, præcedente □, se-
misse minuit; Breuem □ sub signo augmenti
præscripto, semisse augendam, tertia parte.

In Iusquini: Virgo salutiferi.



Virgo salutiferi :)(:


In Clem: N.P. Discite a me.



Re quiem.

Diminutio signi interni minor est, quæ □
& ♦ sub signo quantitatis insitæ quarta parte,
vel

vel \square altera parte denigratam, sexta minuit.
In Iusqui: Virgo.



Vir go Vir go.

Signum Diminutionis Internum ita fuit:
Sequitur Externum.

*Cap. i3. De Diminutione sub signo
Externo.*


Signum Diminutionis Externum est, quod
cantui præscribitur: quale est, Φ_3 vel C_3 .
Nonnunquam absque signo Ex ter no, interna notarum nigredine notatur.

Diminutio maior est, quæ sub signo ma-
iore, Φ_3 vel semisse, vel duabus tertiiis mi-
nuit.

Semisse minuit Breuem, \square sequente ele-
mento pare vel maiore, & \square , ut ita uno tactu
mensurentur, quæ sufficiebant duobus.


Duabus tertiiis minuit \square præcedente
vel sequente \diamond vel \square ; Itemque \diamond & Φ :
ut uno tactu mensusentur, quæ sufficiebāt
tribus.

In Orländi Nuptiæ. 6. V.



Nuptiæ fa ðæ sunt.


In Iusquini, Mente tota. 4. V.




Ne nos despicias inuocare præsumimus,

Diminutio minor signi externi est, quæ sub signo minore $\frac{3}{4}$ notam vna tertia minuit, ut uno tactu mē $\frac{3}{4}$ surentur, quæ sufficiebant tactui & semissi. Sesquialtera vulgo dicta est.

In Tiburtii Massaani, Omnes gentes, 6. V.




Plaudite manibus, ij. Subiecit



populos, &c.

In

In Orlandi, Cum natus esset, 6. V.



Inuenerunt puerum. Inuenerunt puerum,
Quantitas prima ita est, sequitur Deducta.

Cap. 14. De Quantitate Deducta.

Quantitas deducta est, qua mensurantur
notæ cōpositæ.


Semibreuis est, 1. Initialis sursum caudata,
cum proxima adhæ rēte. 2. Finalis, sursum cau data.

Breuis est: 1. Initialis, 1. cauda carens
sur gente altera. 2. caudā leua parte re
mittēs. 1. Finalis, 1. adscen
dens quadrata, 2. Obliqua quę
cunque. 3. Me dia omnis, præ
ter eam, quadrata sursum caudatā sequi
tur.

Longa est. 1. Initialis carēs cauda pen
dente proxi ma. 2. Finalis quadrata
depēdens. Me dia suū valore re
tinet.


Maxima semper eadem est: Maxima nul
la suum mutat, nec longa valorem.

In Iusquini, stabat mater. s. V.




Stabat mater dolorosa iuxta, &c.

In Clementis. Si diligis me, s. V.



Si di ligis me



Simon Petre, &c.


Elementi Principis Quantitas ita fuit : sequitur Notarum Connexio.

Cap. 15. De Connexione Notarum.

Connexio Notarum est, qua notæ connectuntur inter se, ad cantum in systemate describendum. Estque eadem, vel Diuersa.

Eadem

Eadem est Notarum, in eadem systematis
sede contigae iunctarum.



Te ergo quæsumus tuis famulis subueni.

Orlandus.



Lauda Hierusalem Dominum.

Diuersa est interuallis.

Interuallum est notarum inter se diuersis
systematis partibus distantia. Estque simplex,
vel compositum.

Cap. 16. De Interuallo sim- plex.

Interuallum simplex est, notarum simpli-
citer distantium. Estque contiguum vel dis-
iunctum.

Contiguum est interuallum secundæ, quod
est notarum secunda systematis parte distan-
tium.

Ky ri e e leison.

Venite ascendamus in monte Domini.

Disiunctum est notarū pluribus systematis partibus distantium. Estque interuallum: Tertiæ & Quartæ; Quintæ & Sextæ.

Interuallum Tertiæ est notarū tertia systematis parte distantium.

In Clementis, Tulux. 5. V.

Amen,
Amen,
Amen,


A

men.

Interuallum Quartæ est notarum quarta systematis parte distantium.

In

In Crecquillo: Quis te victorem.




Vincere sed fese, vincere sed fese.

Interuallum Quintæ est Notarum quinta systematis parte distantium.

Iocundare, 8. Handls.



Alleluia Alleluia Alleluia



Interuallum sextæ est notarum sexta systematis parte distantium.



Ierusalem surge.

Interuallū simplex ita fuit: sequitur compositum.

Cap. 17. De Interuallo Composito.

Interuallum compositum est ex simplicibus factum: & est interuallum octauæ.

Spectanda hic duo. Partes & Compositio. Partes sunt quinta & quarta.

Compositio est eorum ad constituendam octauam connexio.

In compositione spectanda: Affectio, & Differentia.


Affectio est, quando partes Immediate, vel Mediate componuntur.

Immediate, quando sine aliorum interuallorum interuentu, connectuntur.


Mediate, quando aliis interuenientibus connectuntur.

Differentia est, quando partes Harmonicae, vel Arithmetice componuntur.


Harmonice, quando quinta est in imo.



Clement. s. V.




Venit vox de cœlo.



Orlandi


Orlandi 6:



Iubilate Deo omnis terra, iubilate



Deo omnis terra.




Arithmetice, quādō quinta est in summō.



Clementis. 5. V.



Concussum est mare




mare

Orlandi. 6.V.



In te Domine sperauit



In te Domine sperauit

Consideratio accidentaria Elementi principis ita fuit: sequitur, Ministri.

Cap. 18. De Coniunctione Elementi Ministri.

Consideratio accidentaria Elementi Ministri est in Coniunctione eius, & Applicatione.

Coniunctio est clauium & vocum iunctura, qua coniunguntur in systemate: vulgo scala est dicta, spectanda hic duo: Affectio & species.

Affectio est ordo, quo claves & voces in scala disponuntur. Ordo est Rectus vel Inuersus.

Rectus est, qui a prima inferiore in systematis partibus gradatim ascendit: Hoc ordine sic numerantur:

Claues, A B C D E F G.

Voces, VT, RE, MI, FA, SOL, LA.

In

	6	Z F G	6	SOL LA
	4	E D C	4	MI FA
I	Z 3 B	I Z 3 RE	UT	

Inuersus est, qui a prima superiore in systematis partibus gradatim descendit: Hoc ordine sic numerantur.

Claues: G, F, E, D, C, B, A.

Voces: LA, SOL, FA, MI, RE, UT.

I	Z G	I	Z LA
	3 F		3 SOL
	3 E		3 MI
	4 D		4 FA
	5 C		5 RE
	7 B		6 UT

Coniunctio est prima vel secunda, vulgo, illa, Scala Regularis, hæc Transposita dicta est.


Regularis est quæ voce MI, in clave $\frac{5}{4}$ regitur: Cantus cui hæc scala seruit Regularis dictus est, & initio omisso b cognoscitur. Voces cæterarum clavium sunt:

A, LA RE, $\frac{5}{4}$ MI, C, FA UT, D SOL RE, E LA MI,
F FA, G SOL UT.

	G				
I	Z DEF	I	Z LA	FA	SOL UT
	3 C		3 UT	RE	MI FA
A	LA RE MI				

Transposita est, quæ voce FA, in clave b regitur. Cantus, cui hæc scala seruit, Irregularis,

vel transpositus dictus, initio & præscripto cognoscitur. Voces cæterarum clavium sunt:
A LA MI, B FA, C SOL UT; D LA RE, E MI, F FA UT,
G SOL RE.




Coniunctio Elementi Ministri ita fuit: sequitur Applicatio.

Cap. 19. De Applicatione.

Applicatio est clavium & vocum ad notas recte enuntiandas accommodatio: Estque Eadem vel Diuersa.

Eadem est in eadem notarum coniunctione.



Te ergo quæsumus tuis famulis subueni.

Diuersa est in notis interuallo distantibus. Estque ordinaria, vel extraordinaria.

Ordinaria est quæ voces & claves nativa se de applicat: Estque Prima vel Deducta.

Prima est, quæ seipsam regit, ut quæ scriptam clavem, ex ea que voces applicantur.

REGVLA-

L I B E R P R I M Y S.
R E G V L A R I S.

25

SOL UT
FA UT
FA

Clemens s. V.

FA UT

Spiritus Sanctus.

FA UT

Non turbetur cor vestrum


Clement. s. V. P. 2.

SOL UT


Ego rogado patrem.

TRANSPOSITA.


SOL RE
SOL UT
FA UT



Dum transiſſer Sabbatum.



Dum traſiſſet Sabbatū.



Angelus Domini.

Applicatio prima ita est, sequitur Deducta.

*Cap. 20. De applicatione De-
ducta.*

Applicatio Deducta est, quæ ex prima de-
ducitur. Estque recta vel inuersa.

Recta, quæ a clave scripta ordine recto a-
scendit: Fitque quando nota, cui applicandum,
supra clauem scriptam habetur.

Inuersa est, quæ a clave scripta ordine in-
uerso descendit: Fitque quando nota, cui appli-
candum, intra clauem scriptam habetur.


In

In vtraq; duo spectanda; Affectio & Genera.

Affectio est clavium & vocum repetitio,
quæ suo loco & ordinē iterantur, eodem ordi-
ne, notæ, cùi applicandum, non sufficiens.


Repetitio clavium est, qua claves iteran-
tur, post vltimā cuiuslibet ordinis, initio facto,
loco systematis, vltimæ cuiuslibet clavi p̄ximo.

RECTA.



Lapidabant Stephanum.


INVERSA.



In me transie runt.

Repetitio vocum est, qua voces post M I V E L
F A repetuntur, sumta vna eiusdem clavis voce
pro altera.


REGULARIS. RECTA.



Nuptiæ factæ
Orland.


Oflatid. 6.

IN V E R S A.



Quoniam fortitudo.

TRANSPOSITA RECTA.



In principio.

I N V E R S A.



Fuit homo missus.

Cap. 21. *De Applicatione sim-
plice.*


Applicationis Genera duo sunt: Primum est de applicatione simplice. Postremum de composita.

Appli-

Applicatio simplex est in interuallis simplicibus: Estque Contigua vel Disiuncta.


Contigua est in notis contiguo interuallo iunctis.

REGULARIS RECTA.



Venite adscendamus in montem Dom.

I N V E R S A.




A Deo tuo, a Deo tu o


Disiuncta est in binis notis interuallis disiuncto distantibus. Hic de applicatione vocum potissimum laboratur. Genera duo sunt: Primum habet Applicationem, tertiarę & quartarę: Postremum, quintarę & sextarę.

Applicatio tertiarę est, quę vocem tertiam tertiarę interuallo applicat: Species quaternarę sunt, ut MI, RE FA, MI SOL, FA LA.


REGVLARIS. RECTA.



INVERSA.




Amen Amen Amen





Amen Amen.

Applicatio Quartæ est, quæ vocem quartam quartæ interuallo applicat: Species sunt tres, ut FA, RESOL, MILA.

RECTA REGVLARIS.



INVERSA TRANSPOSITA.



Applica-

Applicatio Quintæ est, quæ vocem Quintā quintæ interuallo applicat: Species sunt quatuor: ut SOL, RE LA, MI MI, FA FA.

TRANSPOSITA RECTA.



INVERSA.



Applicatio sextæ est, quæ vocem sextam sextæ interuallo applicat: Species sunt quatuor: UT LA, RE MI, MI FA, FA SOL.

TRANSPOSITA RECTA.



Et tantum de applicatione simplece: Sequitur de composita.

Cap. 22. De Applicatione Composita.

Applicatio composita est in interuallo octauæ Immediate, vel Mediate compositæ.


Octauæ Immediate compositæ species sunt septem: quælibet enim clavis a se ad sui similem progressa, octauam conficit.



Applicatio octauæ Mediate compositæ est in octaua suis partibus composita. Estque Harmonica vel Arithmetica.

Harmonica est in octaua harmonice composita.

REGULARIS SIMPLEX.



CONIVN-


LIBER PRIMVS.
CONIVNCTA.

33



Arithmetica est in octaua Arithmetice composta.

REGULARIS SIMPLEX.



CONIVNCTA.




Tantum de Applicatione Ordinaria sequitur Extraordinaria.

D 2

Cap. 23. De Applicatione Extraordinaria.

Applicatio extraordinaria est, quæ vocem principem sua clave notatam aliena fede applicat.

MUSICÆ LIBRI PRIMI
FINIS.



MUSI-

MUSICÆ
L I B E R S E C V N -
 DVS DE PARTE HAR-
 MONICA.

HActenus, de parte Musicæ Elementaria;
 Nunc de Harmonica.

Cap. 1. De Harmonia.

Musicæ pars Harmonica est de Harmonia
 Cantus.


Harmonia cantus est de elementorum in-
 ter se concentu: Estque communis vel pro-
 pria.

Communis est de concentu cantus vtrius-
 que: Estque Sonus vel Modus.

Cap. 2. De Sono.

Sonus in Musica est, quo Cantus concin-
 tur: Estque Idem vel Diuersus.

Idem est in notis, eadem systematis sede,
 iunctis. Dictus est vnisonus.



Te ergo quæsumus, tui famulis subueni.

Diuersus est in notis, aliquo interuallo distantibus, variatus.

- Distantia est sonorum variatio articulata vocis intentione, & Remissione constans.

Intentio vocis est vnius soni supra alterum eleuatio. Fitq; in applicatione recta.

Remissio vocis est vnius soni infra alterum depresso. Fitque in applicatione inuersa.

Sonus diuersus est primus vel deductus.


Primus est sonorum minimo interuallo distantium. Græce $\chi\omega\mu\mu\alpha$, Latine incisio dici posse videtur, quod eo soni incidatur, & quasi secetur.

Deductus est, qui ex primis deducitur: Eius sunt duo genera.

Primum est soni immediate deducti: Estq; simplices vel compositus.

Simplex est semitonus, qui quinq; commatis constat; Dicitur semitonius, quod Toni sit dimidium.


Estque quoties MI, FA, vel nativa, vel alie-
na sede canendum.



Compositus est tonus, qui nouem constat
commati-

cōmatis. Estq; in omni interuallo contiguo; excepto eo, quod vocibus M I F A, contiguis editur.

Accidit ex signis insertis, in partes integrantes, resolutio.




Deductus est qui ex primis deducitur. Estque immediatus, vel mediatus.


Immediatus est, qui ex primis immediate deducitur. Estque simplex vel cōpositus.

Simplex est sonus qui e solis cōmatis constat. Estque Minor, vel Maior.


Minor est, qui fere quatuor cōmata, complectitur. Dicitur semitonus minor. Estque in notis, vocibus, M I, F A, mollius edendis.



Maior est qui fere quinque cōmata complectitur: Dicitur semitonus maior. Estque in notis, in eadē systematis sede, per voces, M I F A, modulandis.



Sonus immediate compositus est Tonus, qui fere nouem cōmatis circumscriptus, utriusque semitonum complectitur. Estque in omni interuallo contiguo, excepto eo, quod vocibus M I F A, contiguis editur.



Sonus immediatus ita fuit, sequitur Mediatus.

Cap. 3. De Soni Mediate deducti generere primo.

Primum genus soni deducti ita fuit: sequitur postremum.


Postremum est soni immediate deducti. Gradus duo sunt.

Primus est sonorum ex primis simpliciter deductorum: Ordines duo sunt.


Primus est sonorum, qui in iisdem interualibus sua quantitate sunt iidē, suntque sonus quartæ & quintæ.

Sonus

Sonus quartæ est, qui semitonii Maioris, & duorum Tonoru extremitate circumscriptus in interuallo quartæ editur.




Sonus quintæ est, qui semitonii & trium Tonoru extremitate circumscriptus in interuallo quintæ editur.




Postremus primi generis ordo est sonorum, qui in iisdem interuallis variantur: Estq; sonus Tertiæ vel sextæ, Vterq; est Minor vel Maior.

Sonus tertiae est in interuallo tertiae.

Minor est; qui extremitate semitonii & toni circumscriptus, Tertiæ imperfectæ sonus vulgo dicitur.




Maior est, qui extremitate duorum Tonoru circumscriptus tertiae perfectæ sonus dicitur.



Sonus sextæ est in interualllo sextæ.

Minor est, qui duorū Semitonorū & trium Tonorum extremitate circumscriptus, sextæ Imperfectæ sonus dicitur.



Maior sextæ sonus est, qui semitoni & quatuor tonorum extremitate circumscriptus sonus sextæ perfectæ dicitur.



Sonorum mediate deductorum genus Primum ita fuit: restat postremum.

Cap. 4. De soni mediate deducti genere postremo.

Sonus Immediatus ita fuit: sequitur mediatus.

Postre-

Postremum genus sonorum mediate ex primis deductorum est in interuallo octauæ: In eo sono spectâda duo: Compositio & Differentia.

Compositio est connexio sonorum in compositione octauæ; Estq; Harmonica vel Arithmetica.

Harmonica est in octaua harmonicè composita.

Arithmetica est in octaua arithmeticè composita.

Differentia sonorum in octauis est situs semitonorum in octauæ partibus. Estque situs Par vel Impar; Vterque est in Imo vel Progressu; Eoque propinquiore, vel remotiore.

Situs par est locus semitonorum idem.

Impar est locus semitonorum diuersus.

Situs in imo, qui imam sedem habet in partibus octauæ.

SITVS IN IMO.

P A R

I M P A R.




Situs in progressus est, qui infra semitonos Tonos habet,

Propinquior est imo porpior.

P A R.

I M P A R.



Remotior ab imo longius abest.

P A R.

I M P A R.



Sonus hucusque fuit: sequitur Modus.

Cap. 5. De Modo.

Modus est ambitus cantus in octaua & eius mediatione, situ semitonorum MI FA variatus. Finis modi proprius est infima quintæ clavis.

Specienda sunt in Modo; Affectio & Genera.

Affectio est Defectus vel Redundantia, utraque est minor vel maior.

Defectus est, quando ad ambitum octauæ complendum deest.

Redun-

Redundantia, quando extra ambitum aliquid abundat.

Minor quando paululum deest, vel abundat.

Maior quando plusculum deest, vel abundat, alterutra scilicet octauæ partium.

Genera sunt duo: vnum est modorum Parium: Alterum Imparum.

Pares sunt, qui situ semitonorū pari reguntur: suntque duo ordines.

Primus est Modorum, qui ex quarta MI LA, & quinta MI MI compositi, semitonis pariter immo reguntur. Suntque Phrygius & Hypophrygius.

Cap. 6. De Phrygio.

Phrygius est modus cuius octaua, quarta MI LA, & quinta MI MI harmonice mediatur.



Claues sunt Regularis. ambitus E e, mediationis $\frac{E}{D}$, Transpositi, ambitus A e, mediationis c.



Exempla Cantus simplicis.

Ingressus Pilatus : Responsor. in die Palmarum.


Dixit Dominus ex Basan. sequentia.

Kyrie quod summum vocatur.

Psalmi: Aus tieffer not schrey ich zu dir.

O Herre Gott begnade mich.


Ambitus & mediationis.



O Herre Gott begnade mich.



Coniun-



Coniuncti regularis.

Miserere mei Deus,
Diuitias & paupertatem.
Tribulationes cordis.
In me transierunt.
Locutus sum lingua.
Demine ne in furore.
Abraham pater vester.

5 Iusquini.
6 Iachet.
5. Iuonis
5. Orlandi.
5. Eiusdem.
4. Vtendalii.
5. Herpoldi.

Ambitus & Mediationis.

Fuga 4. Unisona.

Transpositi.

- | | |
|--------------------|-------------------|
| O rex gentium, | 6. Claud. Meruli. |
| Repleatur os meum, | 5. Iaches. |
| Deliciæ Phœbi, | 5. Orlandi. |
| Susanna se, | 6. I. Petraloys. |

Ambitus & Mediationis.

Fuga 4. Vocum:

:: :: ::

:: :: ::

:: :: ::

Dixit Dom. Dom. meo, sedē a dextris meis.

reliquarum octauarum. Tam item, quam reliqui peculiares habet semitononorum situs, ut reuera sit a reliquis alius, æque legitimus, & domesticus, atque cæteri, nec reputandus pro peregrino: & vt in reliquis artibus, sic & in Musica, quæ distincta sunt, & re ipsa longissime quidem diuersa, sed tamen vera artis membra, ea recte quoque diuersis locis & præceptis traduntur, & explicantur, & discernuntur numeris. Secus vero si fiat, confusum chaoserit, nō legitima præceptorum artis tractatio.

Quod Hypozolium pro Hypophrygio habent, Ionicum pro Lydio, Hypoionicum pro Hypolydio; necesse est ipsi fateantur, si verum fateri volent, se imprudentissime confundere, quæ sunt re ipsa longissime distincta. Sic enim necesse erit, aut illos Modos cum his vnum fieri, vt vtrique salvi & incorrupti maneant, aut illos sex Modorum consortio prorsus excludi, & in exilium prescribi: Tertium sane hic nihil esse, imone cogitari quidem potest.

At quibinos Modos Hypozolium & Hypophrygium, Ionicum & Lydium, Hypoionicum & Hypolydium cōmiscere, salua cuiusque natura & essentia, tam est possibile, quam miscere aquam & ignem, non corumpendis vtriusque elemēti proprietatibus. Nam quicquid in Mo-

dis est differētiæ, id ipsum omnium sanorū confessione est ex situ semitonorū in quintis & quartis, interueniente legitima mediatione, qui situs ubi est diuersus, certe nō poterit ex duobus modis vnuſ fieri, niſi monſtrosa & prodigiosa diuersorum & ciuſdem confuſione.

Quod si commixtio fieri nō potest, ſequitur, vt aut hi, aut illi ex numero modorū ſegregandi ſint; q̄ neutrū fieri potest: Hypozoliuſ enim, Ionicus & Hypoionicus ſunt apud auctores omnium fere uſitatissimi, testibus innumeris cationibus, cum ſimplicibus, tum coniunctis, quæ cuiuſ obuiæ ſunt. Quod autem eſt in frequenti artificiuſ uſu, id nulla iusta ratione poterit ex artis præceptis reiici, & excludi, vt quæ prorsus neceſſe ſit, ad uſum artificiuſ conformari. Higitur omnino ſunt retinendi.

Sed neq; reiiciēdi cæteri, Hypophrygiuſ, inquā, Lydiuſ & Hypolydiuſ: ſunt enim ipſi quoque ab auctoribus prætantissimis assumti ſæpe & uſurpati; nec eſt in ipſis quicquā vitii, ſed decantantur, & decatari poſſunt, recte, artificioſe, iucunde & ſuauiter, vt præter omnē culpā, præterq; æquitatem, indicta cauſa, in exiliū proſcripти ſint ab imperitis, quibus propterea neceſſe eſt, ſedes ſuas ſaluaſ relinquare, eosque ab exilio reuocare, & priuinaſ ſuæ dignitati reſtituere.

Quod

Quod si situr hi retinendi sunt, & illi non reiiciendi, nemine contradicente consequitur, plures esse Modos quam octo. Cum Glareano autem, & omnibus sanis Musicis statuo duodecim, veros & indubitatos esse Modos, cuius numeri rationes sunt grauissimæ.

Primo constat quemuis Modū habere suum ambitum, qui certos ac definitos limites Modo præscribat, extra quos progredi fas nō sit. Non nunquam tamen quasi quadam licentia poetica longius excurrit ultra suum ambitum, non quod cōmeet in castra aliorum Modorum, sed quod sui ipsius ambitus limites emensus, ad eiusdem initiū & progressum infra supraq; assumentum continuandumq; luxuriet. Ambitus autem Modi est octaua, cuius tot sunt species, quot claves, siue notæ & soni, ab initio octauæ ad usq; eius finem, siue initium octauæ alterius: quælibet enim clavis a se ad sui similem reducta, octauam, id est ambitum Modi constituit.

In octaua autem seu Modi ambitu consideranda & spectanda sunt: Compositio (est enim octaua interuallum, non simplex, sed compositum) & compositionis variatio, quam vocant Mediationem, quod fiat in octauæ medio. Componitur autem octaua ex quarta & quinta interuallis, seu sonis, idque dupli ratione: Una

Harmonica, Altera Arithmetica. Harmonica compositionis ratio est, quæ quintæ tribuit locum inferiorem, quartæ superiorem: Arithmetica contra. Hæc gemina eiusdem octauæ compositio facit, ut quælibet octaua binos contineat modos, vnum qui harmonica alterū, qui Arithmetica mediatione constet. Et cū septem sint diuersæ octauæ, donec redeatur ad similem primæ, quævis autē octaua dupliciter cōponatur, sit, vt natura Modi sint quatuordecim, si possent omnes pari felicitate & suavitate mediari. Duæ vero sunt species, quæ mediationem istam viramque recipere non possunt. Habet enim octaua duos semitonos, qui in legitima eius mediatione ita disponuntur, vt alter occupet quartam, alter quintā, quæ iusta est illarum octauæ partium dimensio, seu mensura. In iis vero, de quibus dixi, duabus speciebus, vterque semitonus in quintam incidit, quæ propterea iusto minorem sonū habet, hoc modo, MI, FA, RE, MI, FA, in quarta nullus est, eaque propterea sonum habet iusto maiorem, hoc modo, FA, vt, RE, MI, qui vterq; maior & minor, cum iniucundus est, & horridus, vt natura ipsa eū refugiat, & auersetur, tū voci humanæ cantatu difficultius, vt neq; sint, neq; esse possint in vsu canentium, & propterea prorsus oporteat duas illas species,

enu-

en numero Modorum segregare, quibus reiectis,
manent utraque diuisione Modi duodecim.

Quod autem quævis octaua utramque mediationem recipiat, id ne quidem illi negare possunt, qui tantum octo Modos constituunt. Nam ille, quem isti vocant octauum Modum, & ille, quem primum, hoc est, Hypomixolydus, & Dorius, eundem ambitum, & eandem ambitus istius clauem habent Dd: Iis enim clauibus hi duo modi finiuntur: non autem in una & eadem mediatione uterque Modus consistit, sed mediatio est gemina, eaque diuersa: Harmonica scilicet, quæ ex D, in quinta inferius collocta in a, deducit, RE, LA, & in quarta ex a, medio in d, superius posita constituit RE SOL. Itaque Dorium, vulgo primum Modū facit: Et Arithmetica, quæ ex d, in quarta inferius constituta in g, constituit, RE SOL, & in quinta superius collocta ex g, in d, facit UT SOL, modum Hypomixolydium, vulgo octauum.

Hoc concessio & posite, illud quod supra diximus, concedi necesse est, ut si una octaua, vel illorum ipsorum testimonio utramque mediationem recipit, cæteræ quoque utramque recipere putandæ sint.

Præterea cum semitonorum variatio Modum a Modo discernat, & cuique Modo suum

Esselargiatur tot Modos statui necesse est, quot variationes seu differentiæ in octauis ex situ semitonorum, interueniente vtraque mediacione, constituantur.

At vero variationes seu differentiæ sūt duodecim: Sex harmonica mediatione, sex arithmetica. Nam situs semitonorū pars est, & æqualis in sex modis: Impar & inæqualis in totidem. Pars situs in imo partium octauæ est in duobus Phrygio & Hypophrygio: in quarta, MI, FA, SOL, LA, in quinta, MI, FA, VT, RE, MI. In progressu propinquiore in duobus: Dorio & Hypodorio: in quarta, RE, MI, FA, SOL: in quinta, RE, MI, FA, SOL, LA. In progressu remotiore itidem in duabus, Ionico & Hypoionico, in quarta, VT, RE, MI, FA, in quinta, VT, RE, MI, FA, SOL. Impar situs in imo in duabus: Æolio & Hypoæolio, in quarta MI, FA, SOL, LA, in quinta, RE, MI, FA, SOL, LA: In progressu proptiore in duabus, Mixoæolio, & Hypomixoælio, in quarta, RE, MI, FA, SOL, in quinta, VT, RE, MI, FA, SOL. In remotiore progressu, in duabus, Lydio & Hypolydio: in quarta, VT, RE, MI, FA, in quinta, FA, VT, RE, MI, FA. Hymodi, si numerentur erunt duodecim.

Sed & hoc est probandæ huius nostræ sententiæ argumentum immotum, quod ab vsu artificum sumitur, qui cum sit artium magister, conse-

consequitur, ut quod est in usu artificum, id ab arte nequaquam separandum sit: Tot itaque Modi in arte praecipiendi ac docendi sunt, quos ab artificibus usurpantur.

At qui tam in Chorali, quam in Figurali cantu, in usu artificum sunt isti, quos diximus Modis duodecim. Id enim comprobant exempla variusque cantus; quae ex præstantissimis aucto-ribus, & ipso canentium usu, in hoc libello, obseruata, & adducta sunt.

Huc etiam præstantium Musicorum eruditissima opera spectant, quæ tota huic rei inseruiunt, in eum scilicet finem facta, ut veritatem huius numeri Modorum obtinerent, confirmarentq; qualia sunt Herpoldi & Utendalii, aliorumque.

Quod si itaq; ipsa singulorū Modorum constitutio duodenariū numerum compleat, & præstantissimorum Musicorum exempla in utroq; cantu eundem confirmant, nemini amplius dubium esse potest, quin omnino tot modi retinēdi & docendi sint. Recte igitur concludit Glareanus, nihil a se noui esse confitum, in assertione duodecim modorum, sed quod vel hominum negligētia, vel temporum iniuria, tam diu proptermodum sepultum fuit, id a se pristino nitori esse restitutum.

Sunt itaque hi ipsi Modi, quorum principia

singulis hominum mentibus sunt insita, & qui prudenter usurpati omnium affectus mouere, flectere, & regere possunt, ut confidam, non ini- quos me habiturum iudices, etiam eos, qui modis quibusdam, praeter meritum reiectis tantum octo statuunt. Hæc de Modorum numero: se- quitur de eorundem ordine.

Fuit autem, & est etiam nunc Modoru ordō apud alios aliis. Nam quidam eum ex ordinaria clauium successione deduxerunt, teste Glareano: Eorumque alii initium fecerunt ab A, clave seu litera prima; alii a D, clave seu litera quarta: ut qui his erant initiales D, E, F, G, ii illis fierent finales, positis clauibus a, f , c, post D, E, F, G, hoc modo: D, E, F, G, a, f , c, Alii ex ordinaria vocum Musicalium successione & consecutione ordinem Modorum deducendum esse statuerunt; quod existimarent, hanc rationem esse commodiorem illa, quæ ex clauium suc- ceſſione est. Alii Modorum dignitatē & indignitatē respexerunt, in eaque inuestiganda non ultra Doriū sunt progressi, cui ex dignitate pri- mas tribuerunt. Alii ab ordinaria successione quintatum & quartarum desumptum ordinem maxime probarunt. Inter quos omnes nōdum de Modorum Ordine cōuenit, nec adhuc qui- dem verus & naturalis ordo est inuentus.

Nam

Nam quod attinet ad eos, qui ab ordine clauium initio factō ab A, Modorum ordinem incoandum, & clauium ductu dirigendum esse censuerunt, ii dudum causa sua ceciderunt. Est enim ille ordo vt incertus, & minime sibi constans, ita a doctis dudum improbatus.

Qui vero a D, initium fecerunt, vt Glareanus, & innumeri alii, ii videntur sane aliquid inuenisse, sed istud aliquid nihil est,

Non enim quod ordine clauium & literarum est primum, id continuo etiam naturā primum dici potest. Et aliud est ordinem ex rerum natura deducere, aliud ex serie clauium & literarum.

Ex natura rerum qui deducitur, is vero perpetuus est, & semper sibi constat, & est immortalis, vbi cunque terrarum de eo cogitetur, aut differatur; qui vero e progressu & ordine literarū est petitus & deductus, is perpetuus esse non potest. Ut vt enim videatur esse posse perpetuus apud nos, & communi omnium doctorum calculo approbari, aliis tamen locis esse nequit, cum pro varietate linguarum sit necessario mutandus.

Et cum vt vocabula, sic literæ sint rerum enuntiandarū ministræ, res autem sint dominæ, & vocabulorum, & literarum ministerio quasi

circumuehendæ, indignum fuerit, & iniquum rerum, ut Dominarum, ordinem & dignitatem, ex serie literarum, cœu ministrarum velle deducere. Incertus itaque, cum sit ordo, & nequaquam perpetuus, & modis omnibus quasi dominis indignus, nemo sanus improbabit, quod eū in hoc libello obseruare & sequi nolui.

Quod si maxime sibi constaret, debuit potius retinere illud initium Modoru ab A., quod erat a veteribus inuentum, quam istud a D., quod est a Glareano introductum & aliis. At qui istius reiectio, huius incertitudinem & incōstantiam arguit.

Quod vero ad eos attinet, qui progressu volum Musicaliū, modorum ordinem dirigi volunt: ii quoque sententiam suam, ut pote nullo subnixā fundamento, indefensam reliquerunt, nec immērito.

Nam ut literæ & claves in Musica, non sunt omnibus locis eadem, sic syllabæ seu voces sunt incertæ, & possunt alibi, ut aliæ claves, seu literæ, sic aliæ voces vel syllabæ esse.

Quod si autem voces ex Musica plane tollerentur, quas commode tolli posse, quidam censerunt, tum vero nequaquam posset ex iis, e Musica sublati, ordo Modorum deduci.

Artium præcepta generalia esse debet, & ubique

que terrarum vera, necessaria, catholica, idcirco quicquid vel clauium, vel vocū ordine dirigitur, itaque incertum est, & inconstans, id cum præceptis artium connumerari non debet.

Porro sunt, ut diximus, qui in ordinādis modis, dignitatem & indignitatem respiciunt, & respiciendam censem, ut tanto magis unus reliquos antecedat, quanto est ipse dignior. Sed neque illi sui instituti veras & solidas rationes afferunt, aut afferre possunt: nec satis est dixisse Dorium esse omnium dignissimum, merito igitur primum proximum Phrygium, & ita deinceps. Sed requiritur porro, ut ubi hanc rem penitus cognoverint, cuiusque modi dignitatem viuis coloribus exprimant, & omnium oculis conspicient, cognoscendā, dijudicandamq;, subiificant. Id vero immensi laboris fuerit, & nunquam finiēndi: Vnde enim argumenta dignitatis, vel indignitatis, maioris vel minoris, sument. An ex singulorum Modorum proprietatibus & affectionibus: at quis est eas scrutatus: Idem Sol diuersissimos effectus habet, indurans lutum, ceram autem liquefaciens: ita modus unus & idem in diuersis animis, diuersos potest efficere motus: Potest itē sic a perito artifice componi, ut nunc hilari & lētissima constet melodia, nunc contra tristi & lugubri.

Non est igitur singulorum Modorum vna aliqua perpetua & æterna proprietas, quæ res sa- ne per quam est imperscrutabilis.

Et ut concedatur posse illud inuestigari, ta- men inde non sequitur, vt ideo digniores sint in ordine primi. Neque enim verum est, vt quæ res est dignior, ea sit etiam natura prior.

Nam & res indigniores natura priores esse possunt: In Grammatica certe dignior est Syn- taxis, vt sine qua, nullus Etymologiæ vsus sit ad bene loquendum, & tamen in ordine præcep- torum sequitur. In Rhetorica pronuntiatio di- gnior est Elocutione, quia illa hanc in actum producit, & sine illa nihil potest elocutio: & ta- men ea, quæ dignior est, sequitur: præcedit, quæ minus digna. In Logica iudicium sane dignius est inuentione, & tamē inuentionem sequitur: Syllogismorum & Methodi doctrina in iudicio est dignissima, & tamen ultima.

Quod cum ita sit, nemo est, qui non videat falsum esse hoc axioma: quod, quo qd dignius, eo sit natura prius. Ne quidem igitur hæc ratio ordinandi Modos probari potest, vt pote incer- ta, inconstans, imo falsa, & nulli fundamento in- nitens.

Qui vero ordinem Modoru, naturali quar- tarum & quintarum serie dirigendu instituer- dumque

dumque esse censem, ii demū omnium rectissime sentire videntur. Quicquid enim in quoquo modo est, id ex quarta est, & ex quinta. Est enim octava interuallum, non simplex, sed ut supra dictum est, compositum. Verum enim uero in eo hallucinati sunt, quod horum interuallorum ordinem, potius ex ipsis dignitate, quam differentia sonorum, sumendum esse, censuerunt existimantes, si quid ipsi suo iudicio tanquam dignissimum priori loco statuissent, id esse natura primum, reliquas species recte continua vel clavium, vel vocum successione, sequi: quod esse falso supra est a nobis monstratum, ex dignitate, scilicet, maiore, non posse quicquam certi concludi, de naturali rerum disponendarum ordine. Manifestius item est, quam ut ylla probatione indigeat, quod ex vocum continua successione de eo ordine nihil constitui possit.

Quod si vero perpetuum quartarum & quintarum ordinem nosse volemus, necesse est atente consideremus compositionem, & in ea ipsius processum: Inde enim de naturali singularium specierum serie certo cognoscemus.

Componitur autem, ut quævis quartæ species, ex semitono, & tonis duobus, sic quævis quintæ species ex semitono, & tonis tribus. Et cum quicquid in singulis speciebus discriminis est, id

totum sit ex semitono, eiusque varia dispositio-
ne (testibus etiam antiquissimis Musicæ scripto-
ribus) semitonius autem, si compositionem so-
norum species, natura sit prior tono, sic circa ex
situ semitoni de Modorum ordine rectissime
concludi poterit. Neque enim potest istud de
ordine iudicium aliunde sumi, nisi aut ex semi-
tonis, aut ex tonis, præter quos nihil aliud est in
interuallis sonorum.

Ex tonis autem illud sumendum esse nemo
facile crediderit, ut qui tanto sunt posteriores
semitonis, ordine & natura, quanto in Arith-
metica, inter nouem vnitates ordine scriptas
quarta vel quinta vnitatis prior est, nona poste-
rior.

Quod si vero ex semitono sumendus est or-
do, certe quidem petendus est, ex vario situ, vel
diuersa in his interuallis collocatione semitonii;
siquidem ea sola quævis species a cæteris distin-
guitur.

Quando igitur ex situ semitoni deducendus
est ordo Modorum, quæritur porro, anne ini-
tium numerationis potius ab eo faciendum sit,
qui est in imo, an ab eo, qui in Medio, an ab eo,
qui in summo.

Atqui ab eo, qui est in summo, incoare vel-
le, plane ineptum videretur, quoniam Musici in
collo-

collocandis Modis ab imo ad summum semper sunt progressi : Et sane videretur data opera, Musicis omnibus velle aduersari, qui nulla probabili ratione, eius inodi ordinem instituere aggrederetur, qui plane esset incertus, & ab omnibus repudiatus.

Sic neque ab eo initium fieri potest, qui est in medio, cum ineptū sit, & proflus inconueniens, neglegto imo & summo, initum facere ab eo, qui medius est inter utrumque.

Relinquitur igitur, quod potius ab eo Modo incipiendum sit, qui sitū semitonii habet in imo, ut demum per medios situs, ad summum usque progressus fiat : quem rectum ordinem Musici nominant, & semper prætulerunt ei, qui est inuersus. Et felicius ab imo ad summum, quam a summo ad imum proceditur.

Hoc itaque si verum est, ut est verissimum, sequitur, eam quartæ & quintæ speciem reliquis priorem esse, quæ habet semitonum in imo, Secundam, quæ eundem habet loco secundo : Tertiā, quæ tertio; Quartam quæ quarto.

Si enim ex semitonorum sitū, ab imo, ordo ille deducendus est, alias statui, aut inueniri nequit.

At vero semitonus situm mox in imo habet in quarta, MI LA, & quinta MI, MI; In pro-

gressu loco secundo, in quarta, RESOL, & quinta RE LA, loco tertio in quarta VT FA, & quinta VT SOL, loco quarto in quinta FA FA: Ut igitur MILA, & MI MI, ordine species prima, & RESOL, & RE LA, proxima: Sic VT FA: & VT SOL, tertia, & FA, FA, quarta & vltima erit.

Hinc iam porro de ordine octauarum, ex eoque de ordine Modorum statuendum est.

Nam cum octauæ sint quiddam compositum ex quartis & quintis, ordiné suum, ordine quartarum & quintarum recte dirigi patiuntur.

Cumque octauæ species sint septem, quæ solis semitonis in quartis & quintis variantur, & distinguuntur, & in aliis situs semitonorum in quintis & quartis sit par, vel æqualis, in aliis impar vel inæqualis: idcirco ad duo genera octauæ reuocari possunt: Ut vnum sit, quod eas complectatur, quæ in suis partibus situm semitonorum habent parem Alterum quod eas, quæ imparem. Illud autem recte præcedere, hoc subsequi, extra controuersiam est, cum omne quod idem est, id recte præcedat variato.

Pares igitur octauæ sunt, prima, quæ semitonos in imo paribus locis habet, composita ex MILA, & MI MI; Ibi enim semitonus est in imo, cum quartæ, tum quintæ, ut alium intra se sonum non agnoscat. Proxima est quæ semitonos habet

habet loco secundo; composita ex RE SOL, & RE LA, infra enim semitonum, qui est loco secundo, Tonus est, in utriusque, quartæ & quintæ inter Mallo. Tertia est, quæ semitonos habet loco tertio pariter iunctos, composita nimurum ex UT FA, & UT SOL. Nam infra semitonum tertio loco positum utrobique habet duos tonos: Et haec quidem sunt octauæ, situ semitonorum pares.

Impares sunt, quæ semitonos in quartis & quintis habent locis imparibus: Et hic primas tenet octaua, quæ componitur ex quarta MI LA, & quinta RE LA: Illic enim semitonus mox occurrit in imo: hic infra se tonum habet. Proxima est, ex quarta RE SOL, & quinta UT SOL. Illic enim semitonus unum tantum tonum infra se habet; hic duos. Tertia est ex quarta UT FA, & quinta FA, FA. Illic enim semitonus duos tonos, hic tres infra se habet.

Hic octuarum ordo cum recte ducatur ex ordine quartarū & quintarum, & ex situ semitoni in utrisque, sequitur eodem ordine modos quoque numerandos, & collocandos esse. Nam cum sint Modi ex quintis & quartis compositi, & semitonorum variatione distincti, & alii secundum ordinem octuarum, ipsi quoque ordinem Modorum instituerint, ordo qui in hoc

libro describitur, verus, naturalis, legitimus & perpetuus sit, necesse est.

Concluditur igitur modos primū & secundum esse eos, qui constant octaua, composita ex quartā MI LA, & quinta MI MI: Phrygius autem harmonica mediatione: hypophrygius arithmetica istius octauæ compositione constat. Est igitur iure naturæ, ut ille primus, ita hic secundus. Qua eadem ratione de ordine reliquorum iudicari poterit.

Hæc ratio est ordinis, quo modos in hoc libello disposui, qui si quibus minus satisfaciet, quod videbitur esse nouus, & haec tenus inauditus, ii sciant, quod etiam alia fuerint aliquando noua, quæ demum modo facta sunt vetera, & visitata. Neque continuo falsum est, quicquid est nouum, alioquin nihil veri in ullo auctore emus habituri, cum omnia, quæ iam habemus, etiam vetustissimorum auctorum quondam fuerint noua.

Quid? quod ante hæc tempora doctissimi & clarissimi viri, publicis scriptis testati sint, sibi qualemcumque illam octo Modorum tractationem, quam spectat etiam ordo, non satisfacere, desiderare enim se pleniorem tractationem duodecim Modorum, quæ naturam & dichotomiam singulorum habeat, & exacte persequatur.

tur. Sed legatur hac de re clarissimi & contul-
simi viri Ioannis Thomæ Freigii, I. V. Doctoris,
& Philosophi præstantissimi, præfatio, quam,
clarissimi & de re literaria optime meriti viri
D. Friderici Beurhusii, Rectoris scholæ Tre-
moniensis dignissimi, Musicæ anno 80. præ-
fixit.

Neq; vero hoc nouo ordine quenquam of-
fensem iri existimo: Etsi enim primas tribui
Phrygio, secundas Hypophrygio, tamen illum
non nominaui primum, neq; hunc secundum,
contentus appellationibus veterum, qui Phry-
gium & Hypophrygium nominarunt.

Poterit igitur per me, qui volet, eum nomi-
nare tertium, qui hic nominatur Phrygius, quar-
tum, qui Hypophrygius. Quod si fecerit etiam
in reliquis, nec ipse me, nec ego ipsum offend-
ero. Sed hæc de Modorum ordine: sequitur de
Differentiis, seu Tropis.

Mirabuntur sane etiam boni & docti viri;
quod in Modorum descriptione, nullam pror-
sus differentiarum, seu ut vocant, Troporum,
mentionem feci, cum prope nullū sit templum,
nullus cantantium chorus, vbi Tropi illi nō sint
recepti & approbati. Et cum alias delectet va-
rietas, magna cum voluptate, eos retinendos es-
se existimabunt.

At vero si mecum attente considerauerint, quam vanæ sint illæ differentiæ, nō dubito, quin æquo animo sint laturi, quod Tropi hic omisso sunt, & tanquam putida Musici corporis membra resecta.

Neq; enim vlla ratione probari potest, vnum Modum plures vna differentias habere.

Nam si plures habēbit, necesse est, vt eas habeat, aut ex diuerso ambitu, aut ex diuersa mediatione, aut denique ex diuersis finibus: quicquid enim in modis, prēter semitonos, eorumq; situs, differentiæ est, id ex ambitu, mediatione, & fine ptoprio & nativo, sit oportet.

At neque ex ambitu Tropus esse potest, licet enim quilibet Modus ambitum suum alii communicet, sola mediatione variante, tamē alios, ac modus habet, ambitus, ipsi dare nequit, & si maxime contingat, vt modus ex suo in aliū ambitum abeat, in eoque perseveret, nec continuo reuertatur ad proprios fines, tum Modus ipse totus immutatus est in aliū, cuius & ambitum, & mediationem assumit.

Sic neque fieri potest, vt ex mediatione differentiæ plures vna constituantur, siquidem quilibet modus vnam tantum mediationem habet, eamque aut Harmonicam, aut Arithmeticam: Vbi autem illa est, ibi hæc esse nequit, contraque,

traque salua vnius eiusdemque modi natura, & substantia.

Neque possunt etiam plures & proprii fines vnius Modis esse, præter vnum, ut & Glareanus innuit, ubi ait: *καθολικῶς verum est, quod a Musicis omnibus præcipi solet, Omnium Modorum finem, in intima diapente chorda statui: quam eandem ob caussam etiam reprehendit finem Hymni; A solis ortus cardine, &c. qui cum proprie dñebeat esse in D, quippe quod Modus sit Dorius, exit improprie in E, qui finis est proprius Phrygii.*

Cum ergo neque ex ambitu, neque ex Mediatione, neque ex fine differentiæ plures vna deduci possint, reuera nullæ sunt, nec est quicquam aliud vnde recte sumi queant.

Quod si vero sunt de essentia cantus, cur non eodem modo in cantu adhibentur coniunctio.

Sed, addantur iudicia & censuræ præstantissimorum Musicorum.

Glareanus, Molestum, inquit, negotium est, de Modorum differentiis, res meo quidem iudicatu superuacanea. Quam ego inde natam arbitrör, vel quod in principibus formulis, inter doctos, primosque huius negotii auctores, non conueniebat, ideoque & differentias pro formulis, & contra formulas pro differentiis visur-

patas: vel quod verisimilius est, ob immodecam
quorundam subtilitatem, qui facilitatem into-
nandorum (vt recte dicam) antiphonorū quæ-
rentes, rem satis per se lucidam, oppido obscu-
riorem fecerunt. Et ibidem:

Longum fuerit, inquit, enarrare, quanam ra-
tione inuentæ, & quæ, quibusque antiphonis,
differentia aptanda, curiosorum hominū ne-
gotium, ne dicam otiosorum.

Ornitoparchus, differentiæ, inquit, de To-
norum (sic enim cum aliis modos nominat) es-
sentia non sunt, sed tantum pro indoctis, vt in
diuersis modorum initiis, faciliter ordinantur,
repertæ, inquit Pontifex in Musica. Neque D.
Bernhardus multum approbare videtur; Mul-
tarum enim confusionum, errorumque occa-
sionem dant differentiæ. Cum igitur obsequium
nostrum, quod Deo præstamus, rationabile es-
se debeat, relictis differentiis, quas nulla probat
ratio, solum de capitalibus modorum tenori-
bus, solliciti sint studiosi lectores, ne inutilibus,
superuacaneisque præceptis se inuoluant, no-
ctis cæliginem induant, ac rem facilem obscu-
rissimam reddant, ac difficilimam. Hæc Orni-
toparchus de differentiis.

Sebaldus Heiden differentias ex professio
in Musicis suis damnat: Dum singulorum Mo-
dorum

dorum fines proprios fecit, in clauibus, Modorum finibus destinatis. Sic enim Dorii finem in omni cantu facit D. Phrygii & Hypophrygii E: Lydi & Hypolydii F: Mixolydii & Hypomixolydii G.

M. Cyriacus Snegassius in Musico suo libello sic ait: De Tropis (sic enim differentias vocat) porro notandum, quod in plagiis quidem integri, in autentis autem plane corrupti sint, nec proprie Modum quisque suum referant: Exempli gratia. Tropus in Dorio visitatus, potius octavo, quam primo congruit, est enim G. Similiter de reliquis iudicandum. Apud primos inuentores procul dubio hi fuere, qui etiam hodie a quibusdā cantoribus vsu recipiuntur. Sic Dorius tantum in D. Phrygius in E: Lydius in F. Mixolydius in G. finiatur. Hæc Snegassius.

Hinc opinor manifestū est, non tam ex meas rationibus, quam ex grauissimorum virorum grauissimis testimoniis & argumentis, quid de differentiis modorum statuendum sit, & quæ mihi fuerint causæ, ut eas a vera artis Musicæ descriptione voluerim sciuntas.

Quod videlicet, testibus, quos supracitauiimus, sint inuentum in curiosorum, imo otiosorum hominum, eorumque, qui rerum Musicarum

nihil, aut parum intellexerint; quod nec a primis artis huius inuentoribus, nec a sanioribus ipsorum successoribus, sit approbatum, quodque nulla ratione approbari possit. 2. Quod tantum ad ostendandam subtilitatem aliquam suorum inuentorum, & ad obscurandam facilitatem intonadorum antiphonorum, & pro indoctis, sit introductum. 3. Cuius præcepta non sint de essentia artis Musicæ, sed inutilia & superuacanea, quod dent occasione infinitarum confusionum, errorumque, quod rem facilem obscurissimam reddant, & totam Modoru doctrinam corrumpant. 4. Quod molestum negotium sit & a præstantissimis artis Musicæ scriptoribus damnatum & rejectum. 5. Quod fines proprii singulorum Modoru sint retinendi.

His rationibus me omnibus bohis excusatum fore confido, quod differentias, tanquam inutilia, & superuacanea præcepta, verorum descriptioni adiungere nolui. Neque enim sunt ferenda in arte præcepta ea, quæ artis essentiam non spectant. Sed de differentiis quoque ista paucula dixisse sufficiat. Restant nonnulla, in quibus ipsis quoque diuersum, a reliquis, sentio; sed de iis omnibus dabitur, Deo volente, alias, agendi occasio, cui istorum explicationem referuabimus.

Hæc

Hæc autē sunt, Lector, de quibus in fine hu-
ius libelli, bonis & doctis viris monēdus esse vi-
debaris, ne iis ut maxime necessariis, destitutus,
ab aliquo reprehensore in finistrum iudicium
facile raperere: sed ut veris & solidis instituto-
rum rationibus instructus, hæc nostra teque ip-
sum tueri & defendere posses, nec leuiter dese-
reres ea, quæ vero maxime consentanea sunt, &
ex veris & immotis artis fundamētis exstructa.

Nec vero patet, ut offendat te quicquam
præceptorum reliquorum, nec sententiis præ-
cipitanter iudicantiū, subscribe, sed candorem
adhibe, & iudicium sanum, & integrum, quod
rem penitus cognoscat, deinde sine affectibus
iudicet. Id est enim boni viri prōptitum:

Nec audi eos, quibus nimia videbitur in di-
ftributionibus præceptorum esse adhibita sub-
tilitas, quam ipsi minime necessariam fuisse cla-
mabunt: Nam cum in cæteris artibus eadē do-
cendi & distribuendi ratio hucusq; feliciter, &
magno cum discentiū fructu, obseruata, & ad-
hibita sit, non video cur ea ipsa docendi ratio
possit in Musica improbari, quasi quæ discenti-
bus minus emolumento esse queat.


Idcirco iudica, & candide iudica. Et memi-
neris etiam præstantissimorum Musicorum iu-
diciis, Artem nullam dici posse, que non suis,

certis, & generalibus regulis contingatur; & artem, ut est ars, tractandam docendamq; esse.

Quod si feceris nullum mihi erit dubium,, quin sanum & æquum iudicium tuum sit futurum. Si quæ vero erunt, quæ vel in definitionibus, vel distributionibus, breuiter, in materia, vel forma artis, requirent pleniorēm expositiōnem, & legibus Logicis magis conuenientem, ignoscetis hac prima vice ei, qui eadem & inuenire, & perficere simul non potuerit. Honestam etiam est aggrediendi voluntas, etiam si perficiendinon assit facultas. Forsan post hęc meliora. Vale, & hoc qualecunque scriptum, æquibonique consule. Brunsigæ scripta. s. Kälend. Nouemb. Anno partus virginici. 1592.

*Johannes Magirus,
Cantor.*

B. L. E.



B. LECTORI S.

Quæ generalia sunt generaliter illa docentur,
Catera qui docuit, sedulus usus erat.

Hac generalia sunt generaliter ergo docenda,
Catera qui doceat, sedulus usus erit.

I. M. C. F.

AD IOANNEM MAGIRVM
Cantorem.

Sunt, qui magna quidem scripsere volumina, multis
Tradentes artem, Phœbe canore tuam,

At qui admisceri multa hic peregrina videmus,
Et quoque vel decies unum & idem repeti.

Verum hand est artis, de rebus dicere iisdem
Sic eadem, nullus scribere multa labor.

Traderes multas brevibus, nec omittere quicquam
Hoc opus, hic labor est, culte Magire sacer.

Ad certas veluti renocasti Musica leges,
Nam nec idem repetitis, nec peregrina dores.

Iusto & queque loco tradi so: sic gratius istud.
Simplicitas methodi candida reddit opus.

Hoc igitur fruere ingenuo suauique labore,
Gens studiosa, cane & Musica grata Deo.

Sebastianus Magius Collega Ca-
tharinianus.

AD AVTHOREM.

Imago cum celestis est ars Musices,
Vita, Magire, que situr, que laus tibi
Ferenda sit sacrato ab ordine Actis
Apollinis, labore protam amabilis

Et pergrani, methodo decora quem ducet,
 Magistra & arte es executus optime,
 Generaliter docendo in arte hac Musices
 Generalia, usus sedulus cum cetera
 Qui tradidit fuit. Camena ad quae sacra
 Sic inferunt: Ut non gravis est Hyanthius.
 Musis sua genti dare ampla premia,
 Morum integra, laudes perennes scilicet:
 Sic & Magix turba Tymbrai gregis
 Benigna iam laudes ab hoc conamine
 Spondet perennes: nam docent generalia
 Generaliter, relinquis usus sua:
 Sic inquiunt, alas mouentes a thera
 Carpunt, nouoque fit labore gloria.
 Tibi Magire dulcis, & laus dignitur.
 Quare ut politus est & integer tuus,
 Labor, misericordia gratus est, & omnibus
 Placet, quibus mens integra est, & perficax
 Intelligentia, absque leuore improbo.
 Hunc ergo felicem laborem dilige
 Inuentus optima, & repente carmina
 Pergrata, grata cum docentur denique,
 Quae saepe mille sunt petita dulcibus
 Votis. Labor Gratus vetustatis, labor
 Multo sed hic est Gratior, gratissima
 Est vita, cuius est imago ars Musices.

Georgius Rudemanus Scholæ
 Brunsvicensium Cathari-
 nianæ collega.

INDEX

INDEX RERUM MUSICA-
RVM QVÆ HIS LIBRIS COMPRE-
henduntur: Numerus prior librum, po-
sterior cap. notat.

<i>Aeolius modus quis</i>	2. 15
<i>Aeolius & Hypoaeolius quando connectuntur.</i>	2. 17
<i>Applicatio clavium & vocum.</i>	1. 19
<i>Eadem.</i>	
<i>Diversa.</i>	
<i>Ordinaria.</i>	
<i>Prima.</i>	
<i>Regularis.</i>	
<i>Transposita.</i>	
<i>Deducta.</i>	3. 20
<i>Recta.</i>	
<i>Inuersa.</i>	
<i>Applicatio simplex.</i>	1. 21
<i>Contigua.</i>	
<i>Disiuncta.</i>	
<i>Tertia.</i>	
<i>Quarta.</i>	
<i>Quinta.</i>	
<i>Sexta</i>	
<i>Applicatio composita octana.</i>	1. 22
<i>Species septem.</i>	
<i>Harmonica.</i>	
<i>Arithmetica.</i>	
<i>Applicatio extraordinaria.</i>	1. 23
<i>In Applicatione deducta spectanda.</i>	1. 20
<i>Affectio.</i>	
<i>Repetitio clavium & vocum.</i>	

INDEX.

C.

<i>Cantus est subiectum Musica.</i>	1. 1
<i>Cantus quid.</i>	1. 1
<i>Cantus systema quid.</i>	
<i>Cantus est duplex.</i>	
<i>Simplex.</i>	
<i>Coniunctus,</i>	
<i>Claves quid, quo^t, & genera.</i>	1. 9
<i>Scripta.</i>	
<i>Intellecta.</i>	
<i>Clanum & vocum coniunctio in scala.</i>	1. 18
<i>Clanum ordo, Rectus vel inuersus.</i>	
<i>Clanum & vocum coniunctio.</i>	
<i>Regularis.</i>	
<i>Transposita,</i>	
<i>Clanum & vocum Applicatio. vide Applicatio.</i>	
<i>Compositionis genera Primarium.</i>	2. 29
<i>Exordio,</i>	
<i>Communis in clausulis.</i>	
<i>Singularis in Fugis &</i>	
<i>Concordantiis.</i>	
<i>Compositionis genus Accessorium.</i>	2. 30

D.

<i>Dorius modus quis.</i>	2. 9
<i>Dorius & Hypodorius quando connectuntur.</i>	2. 11
<i>Dissonantia quid, genera, propria.</i>	2. 26

E.

<i>Elementum Cantus quid.</i>	1. 1
<i>quotuplex.</i>	
<i>Princeps.</i>	
<i>Nota & Pausa.</i>	

I N D E X.

<i>Elementum Ministrum.</i>	I. 8
<i>Elementi consideratio Accidentaria.</i>	I. 18
<i>Essentialis.</i>	I. 2
<i>Quantitas.</i>	I. 10

H.

<i>Harmonia quid.</i>	2. 1
<i>Communis.</i>	
<i>Propria.</i>	2. 24
<i>Simplex.</i>	
<i>Eius gradus & genera.</i>	
<i>Est in consonantia vel dissonantia.</i>	2. 25
<i>Composita, eius voces.</i>	
<i>In Harmonia componenda spectandus modus.</i>	2. 28
<i>Hypsaolius quis.</i>	2. 16
<i>Hypodorius quis.</i>	2. 19
<i>Hyporonicus quis.</i>	2. 13
<i>Hypolydius quis.</i>	2. 22
<i>Hypomixxoalius quis.</i>	2. 19
<i>Hypophrygius quis.</i>	2. 7

I

<i>Internallum in Musica quid.</i>	I. 16
<i>Simplex.</i>	
<i>Contignum.</i>	
<i>Disiunctum.</i>	
<i>Tertia.</i>	
<i>Quarta.</i>	
<i>Quinta.</i>	
<i>Sexta.</i>	
<i>Compositum octana.</i>	I. 17

I N D E X.

<i>Ionius Modus quis.</i>	2. 12
<i>Ionici & Hypoionici connexio.</i>	2. 14
<i>L.</i>	
<i>Lydius modus quis.</i>	2. 21
<i>Lydi & Hypolydi connexio.</i>	2. 23
<i>M.</i>	
<i>Mixoæolius.</i>	2. 18
<i>Mixoæolii & Hypomixoæolii connexio.</i>	2. 20
<i>Modus in Musica quid.</i>	2. 5
<i>Modorum Finis regularis & proprius.</i>	
<i>Affectio in Defectu & Redundantia.</i>	
<i>Maiore vel minore.</i>	
<i>Genera.</i>	
<i>Musica quid.</i>	1. 1
<i>Musica partes.</i>	
<i>Pars prima est elementaria.</i>	1. 2
<i>Postrema harmonica.</i>	2. 1
<i>N.</i>	
<i>Nota quid, qua genera.</i>	1. 2
<i>Nota Cantus simplicis.</i>	1. 3
<i>Coniuncti</i>	
<i>Composite affectiones & species.</i>	1. 5
<i>Notarum connexio.</i>	1. 15
<i>O.</i>	
<i>Octava est intervalum compositum.</i>	1. 17
<i>Partes.</i>	
<i>Compositio Harmonica.</i>	
<i>Arithmetica.</i>	
<i>Pausa</i>	

I N D E X.

P.

<i>Pans</i> quid & qua genera.	1. 7
<i>Pansarum usus in compositione.</i>	2. 30
<i>Necessarius.</i>	
<i>Arbitrarius.</i>	
<i>Phrygicus modus quis.</i>	2. 6
<i>Phrygii & Hypophrygii connexio.</i>	2. 2

Q.

<i>Quantitas in Musica quid.</i>	1. 10
<i>Aequalis, Prima, Infusa.</i>	
<i>Assumpta, Deducta.</i>	1. 14
<i>Quantitatis Augmentum.</i>	1. 11
<i>Signa.</i>	
<i>Diminutio.</i>	1. 12

S.

<i>Scala. 1. 18. Primus, Deductus.</i>	
<i>Sonus in Musica quid.</i>	2. 2
<i>Idem.</i>	
<i>Diuersus.</i>	
<i>Immediatus. Simplex.</i>	
<i>Miner semitonius.</i>	
<i>Maior.</i>	
<i>Compositus.</i>	2. 3
<i>Quarta.</i>	
<i>Quinta.</i>	
<i>Tertia.</i>	
<i>Sexta.</i>	
<i>Octave, Harmonicus.</i>	2. 4
<i>Arithmeticus.</i>	
<i>Differentia.</i>	

M

I N D E X.

<i>Soni distansia, Intentio, Remissio.</i>	2. 2
<i>Systema Cantus.</i>	1. 1
<i>T.</i>	
<i>Tactus quid, partes qua.</i>	1. 10
<i>Tonus.</i>	2. 2
<i>V.</i>	
<i>Vox Musicalis quid, quot, qua genera.</i>	1. 8
<i>Princeps MI, FA.</i>	
<i>Subiecta.</i>	
<i>Voces diverse harmonie.</i>	2. 27
<i>Bassus, Tenor.</i>	
<i>Altus, Discantus.</i>	
<i>Vocum Cognatio. & Diversitas</i>	2. 28

F I N I S.